



Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

19. Vtrüm liceat diebus festivis operarios hæreticos impendere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

interveniat) exercere illa opera quæ illis diebus interdicuntur. Operari tamen qui extenuant aliqua opera, v. g. ædificii acceptârunt, si hoc quod illis diebus nollent illa prosequi perficere, notabile damnum paterentur, quod non amplius ab hæreticis impendetur, excusarentur. Similiter quoad causas judiciales licebit in illis locis illas prosequi, ut aliis conforment, ne clientes per hoc patiantur damnum, quod inde sequeretur, dum pars altera litigans rem prosequitur, & Judex cum causis audiendis vacat. Tum etiam quia hæretici conducit ad bonum commune, Tamen ab illis quæ domini facere solent, unde nullum damnatum est sequi, debent abstinere.

ARTICULUS XIX.

¶ Trum liceat diebus festivis operari hæreticos impendere.

Suppono hæreticos non minus obligati præceptis Ecclesiæ (cui etiam subjiciuntur) quam Catholicos, dummodo ipsis sufficienter proponantur (ignorantia enim invincibilis a præceptis humanis excusat) non est autem æquum ut ipsorum malitia ab obedientia Ecclesiæ eos eximat, ut bene notat Less., ubi supponit, festa Ecclesiæ casu s. Unde sequitur quod Catho-

Catholicis non nisi talis operario ret. Hoc opus sit ferri non mittere matione bono p. solet eti. Nec ob illis diebus (si cons fine pec hoc hæretico facere supra ca-

Qua ob

R E se bus fest aliis loc hoc det

Catholici hæreticos operarios diebus interdi-
ctis non possint impendere ad opera servilia,
nisi talis necessitas sit quæ etiam Catholicos
operarios in similibus circumstantiis excusa-
ret. Hoc autem sic intelligitur, nisi aliquod
opus sit operariis hæreticis elocatum, quòd dif-
ferri non possit, tunc enim erit licitum per-
mittere ut operentur, usque ad operis consum-
mationem; maximè si opera talia sint quæ
bono publico sunt necessaria, quâ ratione
solet etiam in locis Catholicorum dispensari.
Nec obstat quòd hæretici operarii equidem
illis diebus alibi essent operaturi, hoc enim
(si consciëntia präcepti) facere non possunt
sine peccato; non est autem licitum Catholicis
hoc hæreticis permettere quòd ipsi sine pecca-
to facere non possunt. Sic etiam Lessius ubi
supra casu sexto.

ARTICULUS XX.

*Qua obligatio fit audiendi Sacrum in lo-
cis missionis.*

RESP. Quòd si nulla aut non gravis sit per-
secutio, präceptum audiendi Sacrum die-
bus festi vis, non minus ibi obliget, quam in
aliis locis Catholicò regimini subjectis. Imo in
hoc debent Catholicí maximè ostendere zelum
G 3 suum,